

Forster!

De appella-  
tionibus  
et supremis  
imperii ju-  
diciis ecc.  
privilegiis  
et statutis  
civ. Norimberg.  
215.













17 33

GEORGH CAROLI FORSTERI  
REIPUBLICAE NORIMBERGENSIS ADVOCATI  
EXTRAORDINARII

COMMENTATIO  
DE  
APPELLATIONIBVS  
AD  
SVPREMA IMPERII IVDICIA  
SECVNDVM  
PRIVILEGIA ET STATVTA  
CIVITATIS NORIMBERGENSIS.

P 482

*Hm*  
2086



NORIMBERGAE ET ALTORFI  
APVD GEORG. PETR. MONATH.  
1789.





GEORGI CAROLI FORSTRI  
HISTORICAE NORIMBERGENSIS ADOCATI  
EXORDIUM

COMMENTATIO

DE

APPELLATIONIBUS

AD

SUPREMA IMPERII IUDICIA


SECUNDUM

PRIVILEGIA ET STATUTA

CIVITATIS NORIMBERGENSIS

584  
A

NORIMBERGAE ET ALIORUM  
ARCHIEPISCOPI ET CONVENTUS







## INTROITVS.

**D**octrina de appellationibus ad Suprema Imperii Tribunalia secundum privilegia et consuetudines Reipublicae Norimbergensis a diversis quidem patriae iureconsultis carptim explicata, a nullo tamen hucusque peculiari commentatione illustrata est. Nos quidem, cum in ea vires nostras exiguas tentare ausi sumus, rem suscipimus arduam et maximi momenti, sive privilegiorum imperialium, quibus civitas nostra splendet, honorem, sive iurisdictionis, quae illis nititur, eminentiam consideremus. Verum enim vero a Lectoris aequitate et indulgentia speramus, illum a nobis non plura expectaturum esse, quam quae quidem documenta publica nobis exhibent, aut aliunde ad notitiam populi perveniunt, quoniam privatis non permixtum est, vitra in archivorum aut actorum iudicialium secreta penetrare.

Vt autem iusto ordine procedamus, praemittenda erit succincta historia privilegiorum de non appellando ab Augustissimis Imperatoribus Civitati Norimbergensi concessorum. Enucleandae sunt porro causae, secundum ista privilegia ad suprema Imperii Tribunalia non appellabiles. Tum merito sequantur dicasteria Norimbergensia, a quibus ad iudicia Imperii appellari potest, nec non solennia hoc casu observanda.

A

§. I.



HISTORIA SVCCINCTA PRIVILEGIORVM NORIMBERGENSIVM  
DE NON APPELLANDO.

Qui primas *privilegiorum de non appellando* origines solide indagare cupit, merito initium faciat cum *privilegiis de non evocando*, necesse est. Scilicet duplicem in progressu iurisdictionis territorialis periodum merito distinguimus.

I. Ab antiquissimis inde temporibus nihil magis curae cordique fuisse videtur Germanorum populis, quam, ut ius suum reciperent non nisi a iudice domestico, neve incolae alicuius pagi aut cives vrbis, extra pagum, civitatem et provinciam ad causas litis peragendas *evocarentur*, id quod, nisi aliae libertatis germanicae rationes, a paritatis et arduissimae societatis nexu desumptae pro fundamento allegari possent, vel eam solam ob causam apud illos rationale esse debuit, quoniam omnia oretenus tum peragebantur, partibus autem et testibus longinquae peregrinationes ad iudicia remota fuissent odiosae. Immo eo usque medio aevo extensum reperimus illud iurisdictionis germanicae dogma, ut, quamvis Augustissimum Imperatorem pro fonte iuris et iustitiae venerandum esse putarunt, et, idea superioritatis territorialis tunc temporis nondum exulta, omnem iurisdictionem sub Imperatoris nomine et auspiciis exercuerunt, subditos tamen, incolas atque cives mediatos, ne quidem ad Curiam Imperialem, (*Kayserl. Hof-Gericht*) isto aevo adhuc cum sede Imperatoris admodum variabilem et ambulatoriam evocari posse, sed ius suum a nemine, nisi iudice immediate domestico accipere debere, statuerent *Duces, Comites*, alique *Principes* seculares et ecclesiastici, et maxime *vrbium magistratus*, nisi 1) quamdiu *Imperator cum curia sua in aliqua provincia vel civitate praesens fuit*, quo casu subditis quoque et civibus mediatis saepius in prima instantia a curia Imperiali ius redditum fuisse, novimus et 2) *in causis protractae vel denegatae iustitiae*, in quibus provocaciones ad superioris et Imperatoris etiam absentis curias semper pro legitimis habitas fuisse, notum est.





est a). Hinc a saeculo inde XIII originem trahunt innumera *illa privilegia de non evocando* subditos et cives ad iudicia quaevis extranea, quibus nihil novi demum introductum, sed antiqua consuetudo tantum firmata, atque contra invasiones, vexationes et perturbationes variorum officialium Imperialium, et iudicum provincialium secunda reddita est, qui sub incunabulis superioritatis territorialis officia sua, ab initio personalia, deinde sensim hereditaria, patrimonialia et realia facta, ultra iustos limites et districtus, ipsis competentes, in aliorum iniuriam extenderunt, illisque quovis modo abusi sunt. Nonnulla istorum privilegiorum exemptiones ab ipsa *curia imperiali* concedunt, exceptis tantum causis denegatae et protractae iustitiae b). Immo non id tantum egerunt principes et civitatum Imperialium magistratus, ut hoc modo primam instantiam subditorum et civium factam tectamque haberent, sed revera quoque secunda instantia sub generali exemptionis titulo comprehendebatur, si quidem consideramus, appellationes proprie tales isto aevo, et ante introductum ius romanum et canonicum plane fuisse incognitas, sed sententias iniquas secundum regulam apud eundem iudicem per notum illud: *das Vrtheil schelten*, impugnatas fuisse, aut si aliquando provocationes ad superiorem fiebant, illas sine omni fatalium periculo magis *speciem appellationis ad ipsam legem et querelae simplicis* habuisse, qua iudex contumaciae in corrigenda sententia accusabatur, quod sub generali titulo protractae et denegatae iustitiae tegi poterat c). Eadem ratione *Civitas Norimbergensis* longa serie privilegiorum de non evocando praedita d), et ab omnibus iudiciis extraneis, praefertim provincialibus,

A 2

immo


a) G. L. BOEHMER *de provocationibus iur. germ. c. 2. §. 5. Elec. iur. civ. T. II. pag. 61.*

b) Seriem huiusmodi privilegiorum, quorum nonnulla ab ipsa Curia Imperiali eximunt, exhibet PFEFFINGER AD VITRIARIVM T. III. p. 1160. sqq. BLVM *de iudicio curiae Imperialis germ. c. 3. et 4.*

c) BOEHMER l. c. §. 7. et 8.

d) vid. Privilegium FRIDERICI II. 1219. apud DE WOELCKERN *hist. Nor. diplom.*





immo ab ipsa *Curia Imperiali*, exceptis casibus denegatae iustitiae, exenta est <sup>e)</sup>).

II. Verum enim vero quantacunque fuerint iurisdictionis territorialis statuum incrementa, per ista privilegia de non evocando ad summum usque gradum auctae et evectae, cum detrimento haud parvo Supremae Iurisdictionis ipsius Imperatoris, illa tamen mox ad arctiores iterum limites redacta est, postquam sub finem seculi XV cum autoritate iuris romani et canonici magis magisque aucta in re iudiciaria Germaniae insignes mutationes contigerunt. Stabilium est loco antiquae *curiae imperialis admodum variabilis, iudicium Camerale perpetuum* a Curia Imperatoris remotum, libertati germanicae conveniens, cui post longas deliberationes ipsi Status Imperii 1495 consensu et agnitione auctoritatem suam dederunt et firmarunt. Accepit quoque sensim sensimque immediatum *Imperatoris consilium*, cui hucusque Principes, Comites aliique Germaniae Nobiles modo valde arbitrario et variabili adfuerant, formam magis stabilem, cooptatis *Consiliariis perpetuis*, iuris peregrini peritis, ad arctiorem collegii formam sub nomine *des Kayserlichen Hof-Raths* redactis. Coepit ab eo tempore longe diversa processus iudicarii forma, ad gustum iuris peregrini adornata, atque cum illa introductae sunt *Appellationes* proprie tales, ad iudicem superiorem directae, ad certa solennia adstrictae, in quae omnia, quam-

diplom. p. 10. LVDOVICI 1315. l. c. p. 241. EIVSDEM 1328. et 1332. l. c. 271. et 278. CAROLI IV, 1355. l. c. p. 364. WENZESLAI 1392. l. c. p. 489. EIVSDEM de eodem anno l. c. p. 492. SIGISMVNDI de 1428, l. c. p. 589. EIVSD. 1431. l. c. p. 591. et 592. FRIDERICI III. 1440. l. c. p. 621. EIVSD. 1455. l. c. p. 660. EIVSD. 1459. l. c. p. 668. EIVSD. 1470. l. c. p. 696. EIVSD. 1491. l. c. p. 740. etc.

e) Sic enim in privilegiis Imperat. LVDOVICI de 1315. et 1328. l. c. p. 241. et 271. verba occurrunt: „quod nec ad *curiae nostrae*, nec ad cuiuscunque alterius „iudicis in causis mere civilibus examen vel iudicium extra civitatem Nurnberg „super quibuscunque rebus et quaestionibus trahi debeant etc.




quamvis ubique principia spirarent, statim magis monarchico imperii romani accommodata, eo maiori tamen impetu ruerunt Germani nostri, amore iuris peregrini, cum, mutatis moribus temporibusque, innumeri iudiciorum germanicorum naevi totalem reformationem exigerent, et quovis modo tuenda esset pax publica, in qua nunc communis salutis et concordiae spes posita erat. Ab eo itaque tempore privilegia antiqua statuum de non evocando subditos impedire non poterant, quo minus omnes mediatorum causae a iudiciis provinciarum, ubicumque *ad suprema Imperii iudicia* et primum quidem maxime *ad Iudicium Camerale* devolverentur, tanquam secundam instantiam, per modum appellationis, adeo, ut ipsi Electores, quantumvis per auream bullam privilegiati, tales subditorum appellationes haud impediverint, cuius ratio simul in defectu dicasteriorum propriorum provincialium, tunc temporis nondum ad hodiernam formam adornatorum, quaerenda est <sup>f)</sup>.

Sed tanta post illas mutationes enata est appellationum copia, tantusque fuit appellandi atque sententias iudicum territorialium eludendi pruritus, ut ex vna parte iudicia Imperii, si Assessorum numerus ad duplum et triplum auctus fuisset, non suffecissent tali causarum mole, deinde altera ex parte ipsi Germanorum Status sentirent aliqualem iurium ex privilegiis antiquis de non evocando naetorum, diminutionem et iacturam, propter temerarias subditorum et civium appellationes salutis publicae, et fini iuris et iustitiae tuendae non convenientem. Hinc non solum per emendatas ordinationes camerales generaliter auctae sunt summae appellabiles, ut obviam iretur appellationum temeritati et copiae, sed et status, privilegia de non evocando generalia recentia memoria tenentes, eo procliviores erant ad novam plane privilegiorum speciem sibi expetendam, scilicet ea *de non appellando*, quibus aut plane et *illimitate* prohiberentur appellationes a dicasteriis provincialibus ad summa Imperii Tribunalia, aut saltem earum nume-

A 3

f) I. I. MOSER *Tr. von der teutschen Justiz-Verf.* T. I. p. 188.





numerus diminueretur, quod fiebat per *privilegia limitata*, quibus partim summae inappellabiles ordinationum auctae, partim quaedam causae moram non ferentes plane exceptae, denique varia solemnia, ad impediendam temeritatem excogitata, praescripta sunt.

Pertinet quoque inter status, privilegio limitato praeditos, maxime *Civitas Norimbergensis*, quae inde a primis iam Iudicii Cameralis originibus talia privilegia, sequenti tempore magis magisque aucta acquisivit.

Primum quidem de 1464 iam ab Imperatore FRIDERICO III impetratum et ante ordinationem Iudicii Cameralis novioris datum, omnes prohibet civium Norimbergensium appellationes, nisi fiant ad *Augustissimum Imperatorem* simulque praescribit *iuramentum calumniae de non frivole et temerarie appellando et appellatione rite prosequenda*, a quovis Appellante praestandum, verbis:

„Dass nun hinfübro künfftig eine jede Person, die in rechtlichen Händeln von gesprochenen Urtheilen, so in dem Rathe oder an dem Gericht zu Nürnberg rechtlicher Händel halb gesprochen worden, appelliren wolle, solche Appellation an kein ander Ende noch Gericht führen, handeln, noch thun soll, in keine Weise, dann allein für Uns und Unsere Nachkommen am Reich Römische Kayser und König, und soll eine jede Person allemahl vor und ehe sie appellirt, vor dem vermeldten Rathe zu Nürnberg oder vor solchen geschwobrnren Personen des genannten Raths, so derselbe Rath je zu Zeiten, so oft sich solches begiebt, und zu schulden kommt, dazu ordnen, und bescheiden, geloben, und einen gelehrten Eyd zu Gott und den Heiligen schwöbren, das sie solche Appellirung ihren Wider-Parthien zu keiner Gefährlichkeit, noch Verzug des Rechts führen, noch thun, sondern um rechtliche Beschwebrden und Ursachen, die sie aus Ergründung ihres Gewissens beschwebrt bedenken, und das sie solcher Appellation und den Rechten nachgehen und auswarten wollen. Wo aber dem, wie

vor-



vorgeschrieben stehet, nicht nachgegangen und vollzogen würd, so solten alle und jegliche Appellationen derselben Personen, so oft das zu schulden kommt, keine Krafft noch Macht haben, und für nichts gehalten, sondern die Urtheile durch den Rath und das Gericht daselbst zu Nürnberg gesprochen, wie dieselben Urtheil inbielten und ergangen wären, vor allen Dingen gänzlich bey ihren Kräfften unverweigert stet bleiben, vollzogen werden und genug geschehen <sup>g</sup>),,

Idem privilegium eodem anno ad Clericos et Iudaeos extensum est, verbis:


„Dass alle geistliche Personen und auch die Jüdischheit, die in rechtlichen Händeln von gesprochenen Urtheilen, so in dem Rath, oder in dem Gericht zu Nürnberg gesprochen worden, appelliren wollen, ihre Appellation an kein ander Ende Richter oder Gericht fürnehmen, thun noch handeln sollen, in keine Weise, dann ohne alles Mittel für Uns und unsere Nachkommen am Reich, Römische Kayser und König, mit der Bescheidenheit, dass eine jede christliche Person, die von des obgemeldten Raths und Gerichte zu Nürnberg Urtheilen zu appelliren vermeynte, vor und ebe sie appellirt, einen gelehrten Eyd nach Gebührlichkeit geistlichen Standes vor einem zu Eydien oder einem Pfarrer zu St. Sebald oder Lorenzen zu Nürnberg, die jetzo zu Zeiten sind, vor welchen unter ihnen sie von demselben Rathe je gewiesen werden, und die Jüdischkeit zu appelliren vermeynt, ihren jüdischen Eyd nach Gebühr ihres Stats vor und ebe sie appelliren, vor einem Rath zu Nürnberg oder zweyen des Raths, von demselben dazu geordnet, solchen obgemeldten Eyd, den andere appellirende nach laut der obgemeldten unserer gegebenen Freyheit des Appellirens halb zu thun pflichtig seynd, thun, schwören, und vollführen, und zu thun schuldig und pflichtig seyñ sollen, wo sie anderst zur Appellation zugelassen werden wollen <sup>h</sup>),,

Idem Imperator FRIDERICVS III. 1470. confirmavit Iurisdictionem iudicii quinqueviralis Norimbergenfis (des Fünfer-Gerichts) scilicet

g) Hist. Nor. dipl. p. 680.

h) H. N. D. p. 684.





scilicet: „Über alle und jede Personen zu erkennen, so sich in ihrer Stadt- und Gerichts-Zwang mit und durch Verläumdung, Unfug, Scheltzworte, Frevel, Verwundung, Ungehorfam, Gebott und Verbott, auch ihrer Geseze und Statut und andere dergleichen Sachen und Geschichten, verhandeln und verwürken,, ita vt nulla plane appellatio ab illo iudicio quinquéviri admittatur: „Dass alle und jede solche vorbestimmte Verhandlungen und Geschichten vor den obgenannten Fünfen binfür als bisher, nach der gemeldten Stadt Nürnberg Ordnung und Sazung, und als von Alters Herkommen ist, fürgenommen, ausgetragen, gestrafft, gebüßt und gebessert, und an kein ander Ende gezogen, noch fürgenommen werden sollen, was auch in solchen Verhandlungen und Geschichten von und durch die genannten Fünf, oder den mehrern Theil nach der Stadt Sazung, Ordnung, und Herkommen, geschicht, erkennt, gethan und begangen wird, das alles und jedes ohne alles Widerruffen Unser und unser Nachkommen am Reich, bey ganzen Kräfften seyn, besteben und gehalten, und davon für Uns noch jemens anders nicht gedingt, noch appellirt werden, ob auch darüber von jemand solche Appellation geschehen würde, dieselbe doch von uns und unsern Nachkommen am Reich nicht zugelassen werden, noch dieselben von Nürnberg, noch die Fünf die zuzulassen noch zu deserieren nicht schuldig, sondern an sich selbst vernicht, kraftlos und untauglich seyn solle <sup>1)</sup>.

Eodem anno 1495. quo Imperator MAXIMILIANVS I. Iudicium Camerale hodiernum stabilivit, ad quod ab initio omnes causae sine respectu ad certam summam deferri potuerunt, summa a Iudiciis Norimbergensibus appellabilis ad 30 florenos rhenanos definita est: „Dass Niemand von einigen Urtheilen, so die anfängliche Klag- und Haupt-Sach nicht über dreyßsig Gulden Rbeinisch treffe, oder werth wäre, an Uns und unser Nachkommen am Reiche oder jemand anderst, noch auch an kein ander Gericht appelliren, dingen, beruffen, oder versuchen solle oder möge, dann allein an die Personen, so Burger - Meister und Rath daselbst zu Nürnberg in  
zünm-

i) H. N. D. p. 699.




zimmlicher Anzahl, die redlich wissend, und Vernunft und Erbarkeit halber, dazu schicklich und gut seyn, wann und so oft das die Nothdurfft erfordert, zu solchen Appellations - Sachen verordnen sollen und mögen, den wir auch aus vorgemeldten unser Königlichen Macht hie mit Befehl und Gewalt geben, dieselbe Appellationes an Uns und unser Nachkommen am Reich Römische Kayser und Könige und von unser voregen anzunehmen, die Parthyen deshalb notdürftiglich gegeneinander zu verhören, und wie sie alsdann im Recht erfunden, darüber zu erkennen, und mit ihrem rechtlichen Spruch zu entscheiden, und alles das darinnen zu handeln, zu thun, zu gebieten und zu verbieten, das sich im solchen gebührt und notdürftig seyn würde, und was also durch dieselben Verordneten in solchen Sachen zu Recht erkannt und gesprochen würde, das dasselbe kräftig und mächtig seyn würde, und dabey ohne alle Weigerung Appellation oder Supplication bleiben soll., Quo privilegio simul iuramentum calumniae appellantis, antea praescriptum denuo repetitum, et simul cautionem, de iudicato solvendo, per fideiussores, pignora, et in subsidium iureiurandum praestandam, additam invenimus verbis: „soll der Appellant zuvor vor dem Rath zu Nürnberg zu den Heiligen schwören — und dazu auch die Wider-Parthey Sicherheit und Gewisheit thun, mit genugsamen Bürgen oder Pfanden, den Urtheilen, so gegen ihn in Kraft gehen würden, Folge und genug zu thun, und soll solcher Eyd und Caution geschehen und gethan werden vor dem vorgemeldten Rathe, oder denen, so vom Rathe solch Eyd und Caution zu empfangen verordnet worden, und ob aber jemand fürbrächte, das er solche Sicherheit und Caution zu thun nicht vernüchte, und dasselbig und auch zu den Heiligen schwören wolt, den Urtheilen, so für sein Widertheil in Kraft und Bestand gehen würden, Folg zu thun, der soll zu solchem Eyd gelassen, und seine Appellation deshalb unverbindert, wie recht ist, angenommen werden<sup>k)</sup>.

Mox 1508. priora privilegia ab Imperatore MAXIMILIANO I. eo usque aucta sunt, vt demum a summa 600 florenos superan-

k) H. N. D. p. 746.





perante appellari possit ad suprema Imperii Tribunalia, deinde causae mercantiles et lites circa aedificia occurrentes plane pro exemptis habeantur, verbis: „Dass hinführo ewiglich in Sachen der *Kaufleuth Händel* vor und bey den Gerichten zu Nürnberg mit dem kürzesten und summarie soll procedirt und gehandelt werden, und was in denselben Sachen gesprochen würde, desgleichen, was von den Bauleutben nach Besichtigung der Gebrechen und genugsamer Verbörung der Partbeyen an dem Stadt-Gericht, oder andern der von Nürnberg Unter-Gerichten, oder sonst ausserhalb des Gerichts den Partbeyen angezett würde, und was in den andern Sachen an den Gerichten zu Nürnberg und andern ihren Unter-Gerichten, unterredlich oder endlich würde gesprochen, oder so der Rath oder die Urtheilspreeker von Amtswegen, oder auf Begehren der Partbeyen ohn rechtlich Erkenntnuß ihren Unterthanen werden gebietben, in Sachen, die Finen nach unsern und unsers Reichs gemeinen Rechten zu thun zustehen, und die anfänglich *Klag, Haupt Sach oder Handlung nicht übertrifft 600 fl.* nach gemeinen und gleichen Anschlag, das davon niemand, wess Standes, Würden oder Wesen er sey, soll oder mag, an Uns, unser Nachkommen an Reich, oder an jemand anders, noch auch an kein ander Gericht appelliren, dingen, beruffen, reduciren, suppliciren, oder in Gestalt einer Nullität gelangen lassen, dann allein an die bemeldeten Burgermeister und Rath daselbst zu Nürnberg, oder die Personen, so dieselben in zimlicher Anzahl, die redlich wissend, Vernunft und Erbarkeit halber dazu schicklich und gut seynd, wann und so oft das die Notdurft erfordert, zu solchen Appellations-Sachen verordnen sollen und mögen, den wir auch aus vorgemeldter unser Kayserlichen Macht biemit Gewalt und Befehl geben, dieselbe Appellationen an unser und unser Nachkommen an Reich, Römische Kayser und Könige statt, und von unserwegen anzunehmen, die Partbeyen deshalb notdürftiglich gegen einander zu verhören — und es bey deren Erkenntnissen ohne alle Weigerung, Appellation, Supplication, Anbringen der Nullität, oder andern Schein bleiben soll.“, quod privilegium etiam CAROLVS V. Imperator 1520. clementissime confirmavit <sup>m)</sup>.

Con-

1) H. N. D. p. 776.

m) ibid. p. 879.



Concessit deinde Imperator FERDINANDVS II. 1629. prae-  
ter plenariam priorum confirmationem, novam adhuc extensionem,  
circa lites de monetis, ab appellationibus ad suprema Imperii Tri-  
bunalia plane eximendas, verbis:

„Dass hinfübro in Sachen, die obberührte wegen der langen We-  
rung eingeriffene Münz-Streitigkeiten betreffen, weder an uns, Unsere  
Nachkommen, oder an jemand anders, noch auch an kein ander Gericht  
appellirt, gedingt, beruffen, reducirt, supplicirt, oder in Gestalt einer  
Nullität gelangt werden, sondern mebrgedachte Bürgermeister und Rath  
davon allerdingz befreyt seyn sollen“).

Denique cum per Recessum Imperii de Anno 1654. §. 112.  
summa appellabilis generaliter ad 600 florenos aucta est, FERDI-  
NANDVS III. Imperator 1657. Norimbergae quoque privilegiis no-  
vum augmentum addidit, vt a summa demum, 900 florenos, aut  
600 thaleros superante, ad suprema Imperii Tribunalia appellari pos-  
set, verbis: „Dass kein Bürger oder Unterthan der Stadt Nürnberg  
noch jemand anders, wes Stands, Würden oder Wesens der sey, von  
einger Bey- oder End- Urtheil, Erkenntniß oder Dekret, so an dem  
Stadt- oder andern Gerichten zu Nürnberg, ergeben, ausgesprochen,  
und eröfnet werden, oder auch, so der Rath oder Urtheil- Sprecher  
von Amtswegen ergeben lassen, in allen und jeden Fällen, da die  
Klag- und Haupt- Sach nicht 600 Reichsthaler oder 900 Gul-  
den Rheinisch Capital übertreffen würde, weder an unsern Kay-  
serlichen Reichs- Hof- Rath, oder Kammer- Gericht nicht appelliren,  
dingen, beruffen, reduciren, suppliciren, oder in Gestalt einer Nulli-  
tät gelangen lassen sollen, sondern allein an die gemeldten Bürgermeister  
und Rath daselbst zu Nürnberg, oder die Personen, so dieselben in zim-  
licher Anzahl zu solchen Appellationen an unser statt verordnen etc.  
Quae omnia ab Augustissimo Imperatore LEOPOLDO I. 1659.  
picnissime sunt confirmata“).


B 2

§. II.

n) H. N. D. p. 1016.

o) ibid. p. 1033.





§. II.  
DE CAUSIS SECVNDVM PRIVILEGIA ET STATVTA NÖ-  
RIMBERGENSIA AD SVMMA IMPERII TRIBV-  
NALIA INAPPELLABILIEVS.

Praemissa succincta privilegiorum de non appellando historia, progredimur *ad causas*, quae ad suprema imperii Tribunalia per modum appellationis deferri non possunt, cum deinde causae appellabiles per se clarae sint:

Distinguuntur autem *causae inappellabiles* per duas praecipue classes, scilicet: *Prima* comprehendit illas, quae *iure communi et legibus imperii* ita comparatae sunt, vt regulariter aut plane non, aut saltem non ad suprema Imperii Tribunalia per appellationem deferri possint, quas tamen heic per indicem tantum indicasse iuvat<sup>a)</sup>, cum nobis de singularibus privilegiorum Norimbergensium in specie sermo sit. Referuntur autem in illarum numerum *Causae Politiae*, et *administrationem publicam, cameralem, tributorum, forestalem, ecclesiasticam, militarem* etc. concernentes, nisi *de iure quaesito* ordine iudiciali salvando sermo sit, *criminales, matrimoniales, disciplinares, decreta extraiudicialia, interimistica* et provisionalia, quorum gravamina per alia remedia vel querelas tolli possunt, *interlocutoriae, merae et simplices*, damnum irreparabile haud inferentes, *gravamina futura*, sententiae in *contumaciam*, contra *confessum latae*, aut post praestitum iusiurandum a partibus delatum, declaratoriae, aut per *conventionem de non appellando*, aut illius *re-*  
*mun-*

a) conf. VOETIVS *Comment. ad Pand. Tit. de Appellat. §. 6. seqq.* LAVTERBACH *Colleg. theor. pract. ad Pand. Tit. de Appellat. recip. vel non.* CLAPROTH *Einleitung in den ordentlichen bürgerlichen Proceß, I. Theil, 2te Abtheil. p. 481.* TAFINGERI *Instit. Iurispr. cameralis. §. 632. 639.* HANZELY *Anleitung zur neuesten Hof- Raths- Praxis. §. 1124. seqq.* FALKNER *de sententiis inappellabilibus. Altorfii 1702.* praecipue ORTHIVS *Anmerkungen über die Frankf. Ref. Tit. 43. IV. Fortset.*



*nunciacionem finitae, omnesque executivae, cambiales, alimentorum, aliaeque summariae, moram plane non ferentes, ad excludendum saltem effectum appellationis suspensivum, comparatae, et reliquae.*

*Altera classis continet causas ex specialibus Norimbergae privilegiis haud appellabiles, et quidem vel propter internam qualitatem, vel defectum summae privilegiis expressae b). Huc spectant*

I. Causae quaevis iniuriarum, quae quamvis intuitu iudicii civilis inde oriundi alias ad suprema Imperii Tribunalia deferri possint, Norimbergae tamen per Privilegium FRIDERICI III. supra allegatum de 1470. iudiciis Norimbergenfibus, et speciatim iudicio particulari, quod e quinque Senatoribus formatur, et das Straf- und Fünfer-Gericht vocatur, ita propriae factae sunt, ut ad suprema imperii iudicia, sive de actionibus iniuriarum criminalibus, sive civilibus sermo sit, nulla admittatur appellatio. Reconsentur in privilegio quaevis iniuriae reales et verbales huc pertinentes: *Verläumdung, Unfug, Scheltworte, Frevel, Verwundung, Ungehorsam Gebott, und Verbott, auch ihrer Gesetze und Statuten* etc. c) Quamvis autem Reformatio Norica d) omnes plane appellationes a hoc iudicio, immo etiam eam, quae fit ad supremum Appellationum Tribunal Norimbergense, prohibere videatur, quam sententiam nonnulli vulgo fovere videntur e): nos tamen sequenti modo distinguendum esse putamus: aut enim de persecutione poenali sermo est, quo casu apud Perillustrem Senatam pro mitiganda, immo corrigenda vel tollenda poena supplicari, eoque sine fatalium observatione recurri posse, plane non dubitandum est f); aut

B 3

de

b) Aliquam de illis ideam dat MART. FVRWERTGER p. 272. de causis in foro Norimb. non appellabilibus privilegiatis. Altorfi 1728.


c) conf. quoque Ref Nor. Tit. I. Gef. 3.

d) ibid. §. vvas auch etc.

e) v. FVRWERTGER l. c. §. II. LINK de iudiciis Nor. c. 5. §. 13;

f) LINK l. c. §. 13. DE WOELCKERN Anmerk. über die Nürnberg. Ref. ad leg. cit. §. 8. T. I. p. 547.





de iniuriarum iudicio civili. Hoc casu non solum in actionibus legis Aquiliae utilis iure Norico ad iudicia ordinaria Civitatis (Stadt- oder Unter-Gericht) pertinentibus, sed et reliquis ad palinodiam aut iniuriarum aestimatoriis, quae non nisi in iudicio Quinquenniali ventilari possunt §) locum esse appellationibus ad domesticum Appellationum Dicastrium, nemo facile negabit<sup>h)</sup>, quoniam privilegia caesarea prohibent tantum appellationes ad supremam Imperii Iudicia.

II. *Causae mercantiles* (Sachen der Kauf-Händel) quae eximuntur per privilegium MAXIMILIANI I. de 1508. ex duplici ratione: quod nempe singularem artis peritiam exigant, et propter salutem publicam commerciorumque favorem summarie sint tractandae. Ideo ad tractandas, et decidendas hasce causas peculiare forum et iudicium constitutum est, quod nomen *des Banco-Gerichts* gerit, et per 2. Deputatos e gremio Perillustri Senatibus eiusque Dominorum Seniorum, 2. Consiliarios primarios, et 4. Antifites ordinis mercatorii (*Markts-Vorsteher*) formatur. Quae autem causae pro mercantilibus habendae sint, non sine difficultate determinari posset, nisi ordinatio mercantilis (*die Banco-Gerichts-Ordnung* de 1697.) pro regula sequentes poneret casus: „alle entweder zwischen beyderseits Kauf- und Handels-Leuten, oder da der Beklagte alleine ein Handels-Mann, Krämer, oder ein mit seiner Manufactur auswendig negociirender Handwerksmann, oder in gewissen Fällen ein Fuhrmann ist, entstandene oder entstehende Spüßne und Irrungen, so von Kaufen und Verkaufen, auch trocciren und Tausch der Waaren und Handelseffetti, von prätendirten unbilligen Schäden, ungerechten Vervortheilungen und Läsionen, von Buchhalten, Rechnungen, Bilanzen, strittigen Handelsbüchern und Beweisungen mit selbigen, Wechselfn und Gegen-Wechselfn, dero Briefe acceptation, oder derselben Versagung und Protesten, oder üblen Bezahlung, Verpflichtung oder verlasten Schuldigkeit der Factoren und Handels-Bedienten, bedingten  
Ge-

g) vid. Decretum d. 14 Aug. 1704. in der Samml. der Add. Decrete, p. 6.

h) conf. DE WOELCKERN l. c. §. 6. p. 546. et 547.



Gewinn und Verlust, Fleiß und Unfleiß, Obligation und Bezahlung der Gesellschafter, auch derselben oder deren Erben Aufkündigung der Gesellschaft, Abtheilung der Kapitalien, auch Abrihtung der so genannten Deposito-Gelder, derer man sich in Handel zum Gewinn und anderer Nothdurft gebraucht, der Kauf- und Handels-Leute Bürgschaft und Gutsprechen, von der hiesigen oder jezaweilen rechtlich verarrestirten Fuhrleuten nicht zu rechter Zeit, oder nicht wohl, abgängig, oder schadhaft gelieferten Gütern oder dergleichen Fällen, und in Summa von Kaufmanns Handel und Wandel berührten und darinn bestehen<sup>1)</sup> etc.

In hisce tamen causis pro re nata locum habere appellationem ad supremum appellationis dcaferium Norimbergense non dubium est, cum ipsa privilegiorum et Reformationis Noricae<sup>k)</sup> verba illam admittant: „an Burgermeister und Rath oder die Personen, so dieselben in zimlicher Anzahl dazu verordnen.

III. Causae ad aedificia eorumque iura et servitutes spectantes, (Bausachen) cuius exemptionis ratio in singulari artis peritia, necessaria oculari inspectione, et summario procedendi modo fundata est. Cognoscuntur enim illae causae, et, nisi amicabili compositione ab ipso rerum aedificiarum Praefecto (dem Bau-Meister) terminari possint, deciduntur a peculiari et perantiquo iudicio, quod vocatur (das Bau-Gericht) et e 3. Senatoribus, 3. Assessoribus iudicii civitatis (des Stadt-Gerichts) et 3. Assessoribus iudicii inferioris (des Unter-Gerichts) consistit, quorum omnium quovis casu alternis vicibus tres, adhibitis iuratis artis peritis (die geschwornen Werkleute) ius dicunt. Appellari tamen posse a hoc iudicio ad inelytum Senatum, clara privilegiorum et statutorum verba innuunt<sup>l)</sup>.

#### IV. Ex-

- i) *ibid.* p. 348. conf. quoque *Ref. Nor. Tit. X. Gef. 3. Decret. d. 31. Mart. 1624.* et 24. *Mart. 1734.* in der *Samml. der Nürnberg. Additional-Decrete.* p. 177. et 202.
- k) *Ref. Nor. Tit. X. Gef. 3. Decret. d. 18. Febr. 1705.* „dem Collegio der Herren Konsulenten zu bedeuten, das vi tenoris privilegiorum mit Zulassung der Appellation in causis non devolubilibus, sonderlich in merkantilischen Sachen, sie nicht so difficult, wie bisher geschehen, sich erwweisen moechten,“ l. c. p. 338.
- l) *Ref. Nor. Tit. X. Gef. 3.*





IV. Eximuntur ab appellatione propter similitudinem cum causis mercantilibus causae et lites circa *monetam* eiusque *valorem* oriundae, per privilegium FERDINANDI II. de 1629. cuius tamen privilegii, ad corruptum rei monetariae istius temporis statum principaliter sese referentis, verba, non sine quadam distinctione hodie applicanda esse videntur. Nempe illae causae monetariae, quae aut extrajudicialiter tractantur, aut quidem iudiciali, sed summariae discussioni, secundum edicta et conventa monetaria cuiusvis temporis instituendae, subiiciuntur, sine dubio sub exemptione generaliter intelliguntur, quamvis provocationem ad Perillustrem Senatam admittant. Sed aliae causae iudiciales, principaliter quaestionem ex generalibus iuris communis aut statutarii principiis decidendam continentes, et rem monetariam per accidens tangentes, e. gr. *in welchem Münzfuß eine Schuld oder Geld-Summe abzutragen sey*, etc., si quidem processu ordinario in foro competente ventilatae sint, sub privilegio vix intelligi poterunt<sup>m)</sup>.

V. Causae propter *defectum summae* ad suprema Imperii Tribunalia non appellabiles, quae per privilegium FERDINANDI III. Imperatoris de a. 1657. ad 600 *thaleros imperiales* aut 900 *florenos rhenanos* determinata est. Sed operae pretium erit, varias quaestiones heic occurrentes curatius explicare, quae in plerisque iuris Norici scriptoribus, aut leviter tantum tactae, aut plane omisae reperiuntur. 1.) clara privilegiorum verba requirunt, ut summa appellabilis 600 thal. imp. aut 900 florenos rhenanos superet; *dass die Klag- und Haupt-Sach 600 Reichsthaler oder 900 Gulden Rheinisch übertrefse*. Summa igitur huic praecise aequalis non sufficit,

2.) quaeritur, num in computanda summa appellabili ad summam libelli an gravaminis respiciendum sit? In privilegio MAXIMILIANI I. de 1495. et 1508. occurrunt verba: *die anfängliche Klag, Haupt-Sach oder Handlung*. In privilegio FERDINANDI III. autem de 1657. omisum est verbum: *anfänglich*, retentis tantum

<sup>m)</sup> Nescio, cur causae monetariae a scriptoribus Norimbergensibus, qui causas inappellabiles recensent, fere plane praetereantur.



verbis: *Klag und Haupt-Sach.* Ex istis igitur privilegiorum verbis colligendum esse videtur, in aestimanda summa appellabili unice ad summam libelli attendi debere. Verum enim vero, cum etiam in ipsis Imperii legibus e. g. Recessu Imperii de 1570. §. 66. et Recessu Deput. de 1600. §. 14. occurrunt verba eadem: *die Klag etc.* et celsissimum Camerae Dicasterium ipsum per conclusum pleni de 1603. statuit, intelligi debere *summam gravaminis*, donec per legem Imperii aliud praescribatur <sup>n)</sup>, nos haud errabimus, si quoque Norimbergensium privilegia ita interpretemur, quod intelligenda sint de actione, quae post primam sententiam ulterius urgeri vult, sive de *summa, qua appellans in priori sententia gravatum se putat* o).

3.) quaeritur, num in computanda summa appellabili *fortis* tantum considerata sit, an et cumulari possint *usurae*? Ipsae leges Imperii e. g. Rec. Imp. de 1570. §. 66. Rec. Deput. de 1600. §. 14. et R. I. N. §. 112. intelligunt *fortem: Haupt-Gut, Kapital*, quod a celsissima Camera Imperiali per *Conclusum pleni* de 28. Jun. 1670. ulterius declaratum est, nec non ipsa praxi amborum Imperii Tribunalium firmatur p). Privilegia autem Norimbergensia amice conspirant. Continent enim verba: *Haupt-Sache et Kapital*, quae nullum relinquunt dubium, quin desideremus gravamen appellabile intuitu *fortis ipsius*, nisi de *usuris principaliter* sermo sit, et illae solae summae exhibeant gravamen, summam appellabilem attingens.


Idem

n) apud DE LVDOLF in *Corp. iur. Camer.* p. 564.

o) TAFINGERI *Inst. iuris. Camer.* p. 642. HANZELY *Anleit. zur Reichs-Hof-Raths-Praxis* §. 1128. Censuisse collegium Electorale in litteris ad Imperatorem CAROLVM VII. datis, hanc de computatione summae appellabilis quaestionem expectare adhuc decisionem imperialem, testatur MOSERVS in *den Anmerkungen zur Wahl-Kapitulation CAROLI VII. I. Theil*, p. 11. III. Theil, p. 262.

p) DE LVDOLF P. III. *obf. for.* n. 288. p. 352. L. B. DE CRAMER *Syst. proc. Imp.* p. 317. TAFINGER I. c. §. 642. HANZELY I. c. §. 1129.





Idem quoque de sic dicto *Interesse*, in lucro cessante vel damno emergente consistente, statuendum videtur 9).

4.) ad constituendam summam appellabilem merito etiam diversae summae, quae principaliter in actionem veniunt, ex una eademque causa et actione derivantur, et in sententia a qua conjunctae sunt, coacervantur 1).

5.) Maxima autem difficultates in computandis summis appellabilibus tam ordinationis, quam privilegiorum oriri videntur e diverso monetarum valore, qui olim fuit, et adhucdum rem monetariam Germaniae turbat. Quaeritur nempe, quid intelligendum sit sub 600 *Reichsthalern* aut 900 *Gulden Rheinisch*, secundum verba privilegiorum, *nach gemeinen und gleichen Anschlag* et ad qualem rei monetariae normam illos reducere debeamus? Vt breves simus, triplici modo responderi posse credimus. Nempe A.) aut *thaleri* isti, et *floreni* computari debent secundum valorem monetae, qui tempore ultimi privilegii de 1657. fuit, secundum analogiam iuris civilis, quo in huiusmodi mutationum casibus, circa monetam contingentibus, respiciendum est ad tempus contractus. Quoniam vero seculo elapso, praesertim durante bello tricennali et postea status Germaniae monetarius innumeris variationibus obnoxius fuit, vix aliam certam normam isto circiter tempore observatam facile supponere possemus, quam quidem eam, quae post dimidium istius seculi sensim obtinuit et per conventionem Zinnenfem 1667. a pluribus Germaniae Statibus, immo ab ipso Imperatore probata est, ita ut 16. floreni Marcam argenti puri effecerint 2) qua ratione 600. thaleri, aut 900. floreni aequales essent 1350.

9) DE LVDOLF Comment. Syst. de I. C. p. 123. G. C. STARK *de summa appellabili in deferendis ad summa imperii Tribunalia provocationibus rite aestimanda*. Gießen. 1778. p. 49.

r) STARK l. c. p. 42. ORTH *Anmerk. über die Frankf. Reform. IV. Fortsetz.* p. 883.

s) Hanc sententiam rationibus speciosis fovet et calculos, per artis peritorum testimonia suffultos, ducit STARK *Diss. cit.* p. 56. et 70.



1350. florenis levibus hodiernis, ad normam *des 24. Gulden Fusses* computatis. B.) aut computationem inire debemus secundum normam nostri temporis, praesertim ex conventionione de 1753., quae strictiori sensu dicitur *conventionis*, adscriptis nempe marcae argenti 20. florenis (*nach den 20. Gulden Fuss*) quo casu 600. thaleri aut 900. floreni aequales sunt 1080 florenis levibus *des 24. Gulden Fusses*. C.) aut denique intelligendi essent simpliciter thaleri et floreni leves secundum typum *des 24. Gulden Fusses*, qui in variis superioris Germaniae regionibus et Norimbergae quoque saltem in communi vita hodie obtinuit, ita ut subsistendum esset 600. thaleris aut 900. florenis *levibus*, quam sententiam vulgo tradi novimus<sup>1)</sup>. Nos, ponderatis argumentis pro quavis harum decisionum militantibus, mediae sententiae sub Lit. B. laudatae accedere non dubitamus, et computationem secundum normam conventionis de 1753. instituendam esse, firmiter statuimus.

*Primo enim norma conventionis de 1753. a plurimis Germaniae Statibus pro regula adoptata, et ab ipso Imperatore quavis occasione commendata est, ita ut illam hodie optimo iure pro communi für den gemeinen und gleichen Anschlag, habere possimus* 2). Deinde ipsa *Imperii Iudicia* quavis alia occasione istam normam unice ante oculos habent. Solvendae sunt contributiones matriculares ad Cameram ad normam *des 20. Gulden Fusses*, et salaria personarum camerarum non solum sed et consiliariorum aulicorum eodem modo computantur 3). Idemque observatur certa ratione

C 2

1) V. WOELCKERN *Anmerk. über die Nürnberg*, Ref. l. c.

2) MÖSERI tr. *von den teutschen Reichs-Tags-Geschäften* p. 1409. immo a circulo Franconico et Civitate Norimbergensi recepta est. vid. meritissimus Dom. Prof. WILLIVS, patronus pie venerandus, in *den Nürnberg. Münz-Belustigungen* I. Th. p. 202.

3) *Conclusum Imperii* d. 23. Oct. 1775. ab Imperatore d. 15. Dec. ratificatum, §. 34. REVSS *Beyträge zur neuesten Geschichte der Reichs-Gerichtl. Verf.* P. I. p. 256. VON BOSTELL *Grundsätze der Kammer-Gerichtl. Praxis*, p. 100. HANZELY l. c. §. 85.





et in materia insinuationis donationum 500 solidos excedentium vv). Porro, ut ad ipsam quaestionem propius accedamus, a Celsissimo Pleno Camerae Imperialis d. 10. Dec. 1771. conclusum expeditum est: „an eine hohe Visitation den abgeforderten Bericht dahin zu erstatten, das nach der bisherigen Observanz der Gulden oder Gold-Gulden zu zwey Gulden, der Thaler aber in currentem Fufs berechnet werde \*). Cum qua observantia etiam Supremum Iudicium Imp. Aulicum conspirat y). Denique quantumvis opinio prima de tempore privilegii observando, theoriae et analogiae iuris videatur consentanea, illius tamen applicatio in ipsa praxi vix ac ne vix quidem possibilis esset, propter innumeras difficultates computationum, pro diversis periodis instituendarum. Ergo summam appellabilem 1080. florenos leves (nach dem 24. Gulden Fufs gerechnet) superare debere, et infra hanc summam appellationes denegari posse, iure meritoque statuendum esse putamus.

6.) Si de annuis redditibus irredimibilibus sermo est, distinguere debemus, num certum aliquod quantum residuum, an ipsa obligatio in lite versetur. Illo casu principia exposita locum habent, et requiritur summa residua 900. florenos, aut potius 1080. florenos leves superans. Hoc vero casu secundum analogiam Legum Imperii z), quae obligationem, 16. thaleros superantem sufficientem, et 400. thaleris (zu 4. procent gerechnet) aequalem iudicant, ex privilegiis Norimbergensibus, quamvis de hoc casu tacentibus, 24. thaleros, seu 43. florenos 12. cr. leves (nach dem 24. Gulden Fufs) requiri putamus.

7.) In appellationibus pauperum, scilicet sensu legali talium, qui nempe, se non ultra 2000. florenos in bonis habere, magistra-

vv) DE CRAMER *Wezlarische Beyträge* I. Theil. N. 33. v. PVFENDORF  
Obf. T. I. n. 17.

x) STARK l. c. p. 67.

y) HANZELY l. c. §. 1127.

z) R. I. N. §. 112.



fratrum testimonio aut iuramento docere possunt, leges Imperii dimidiam ordinationis summam scilicet 300. flor. sufficientem putant, secundum quam analogiam in summis privilegiatis itidem dimidiam partem appellabilem esse, alias merito statuitur <sup>aa)</sup> sed privilegia Norica hic recedunt, et FERDINANDEVM de 1657. expressis verbis sequentia ordinat: „dass den armen Partbeyen, deren Vermögen nicht über 2000. fl. sich erstreckt, wenn sie in Sententia um 600. fl. so viel das Kapital anlangt beschwœhrt wären, nach Anleitung des jüngsten Reichs-Abschieds die Appellation unuerwehrt, sondern zugelassen, auch mehrbesagter Rath schuldig, und daran seyn sollte, dass der Stadt Tribunalien und Gerichte also bestellet seyen, dass ihrem Erbietem genähs männlich schleunige und unparteyische Justiz administrirt werde.“ Ergo intuitu pauperum summa gravaminis appellabilis 720. florenos leves, nach dem 24. Gulden Fußs, aut si de annuis redditibus irredimibilibus sermo est, 28 fl. 48 cruc. superare debet.

8) Quoad *serviutes et iura* aliasque res *incorporales*, quae in lite versantur, merito cum ipsis Imperii legibus <sup>bb)</sup> distinguimus, num certam aestimationem recipiant nec ne. Si ad certum pretium reduci possunt, quod saepius fit, e. g. si in iure annuos redditus ferente media e pluribus annis summa computatur, aut si interdum praedium dominans et serviens ne quidem summam appellabilem efficiunt et sic porro, tum gravamen summae appellabilis privilegiatae requiri, vix dubitandum est. In reliquis iuribus propter impossibilitatem aestimationis appellatio permittitur <sup>cc)</sup>.

Abolutis nunc causis secundum privilegia Norimbergensia ab appellatione ad suprema Imperii Tribunalia exceptis, notandae adhuc sunt aliae quaedam quaestiones:

I. Num in *causis exceptis et infra summam appellabilem privilegiatam querela saltem nullitatis* locum habeat? De nullitatibus *sa-*  
*nabili-*

C 3

aa) STARK l. c. p. 26.

bb) C. O. C. P. II. Tit. 31. §. 6.

cc) vid. STARK l. c. p. 50.





*nabilibus* fermo non esse potest, utpote quae, cum non nisi incidenter cum ipsa appellatione deducantur, ad illius quoque fatalia et requisita omni modo adstrictae sunt. De nullitatibus autem *insanabilibus*, quas sine appellationum fatalibus et temporibus *principaliter* quoque et per modum *querelae* deduci posse, notum est <sup>dd)</sup>, quaestio illa admodum difficilis est, quam nos quidem ita decidendam esse putamus, quod nempe etiam in causis propter internam qualitatem per leges aut privilegia exceptis locum quidem habeat nullitatum deductio *principalis* <sup>ee)</sup>, sed tamen ubivis necessaria sit *summa appellabilis* privilegiata <sup>ff)</sup>. *Primo* enim ipsae leges Imperii etiam in *principali* nullitatum deductione permittentem da summam appellabilem supponere videntur <sup>gg)</sup>. Sed *secundo* clariora

dd) R. I. N. §. 122.

ee) TAFINGER l. c. §. 670. HANZELY l. c. §. 1249.

ff) Opiniones Iurconsultorum de hac quaestione admodum diversae sunt: 1) *Plures* querelam Nullitatis insanabilis principaliter deducendae indistincte admittunt, etiam si privilegium de non appellando illimitatum adsit, immo per ipsa privilegii verba nullitatum deductiones prohibeantur, sub quibus tum non nisi sanabiles intelligunt, TAFINGER l. c. §. 669, et ibi citati 2) *Alii* plane excludunt etiam querelam nullitatum insanabilium principalem, quoties privilegium de non appellando illimitatum adsit, aut in privilegio limitato infra summam privilegiatam nullitatum deductio verbis expressis prohibeatur, STARK l. c. p. 35. H. B. IAVPII diss. de privilegiorum de non appellando effectu quoad querelas nullitatis. 3) *Alii* mediam viam tenent, et admittunt quidem querelam nullitatis insanabilis etiam in causis exceptis et privilegiatis, sed tum demum, si summa ordinationis et legum Imperii 600 florenos superans adsit, quam opinionem admodum speciosam fovet HANZELY l. c. §. 1249. Nos in tanta opinionum varietate claris privilegiorum Norimbergensium verbis inhaeremus, et generatim etiam ad nullitatum deductionem principalem summam privilegiatam requirimus. Eandem ac nos sententiam fert de privilegiis Augustanis eadem verba habentibus GONNE de provocacionibus et appellat. secundum privilegia Augustae Vindelicorum p. 23.

gg) R. I. de 1570. §. 69. ibi: *ebenermassen* (scilicet intuitu summae appellabilis) soll

es



rora sunt ipsa privilegiorum Norimbergensium verba: „*weder an unsern kayserlichen Reichs-Hofrath oder Kammer-Gericht, nicht appelliren, dingen, berufen, reduciren, suppliciren, oder in Gestalt einer Nullität gelangen lassen solle, — sondern dieselbe Appellation, Reduktion, Supplication, oder Anbringung der Nullität, oder was darauf gehandelt und fürgenommen würde, ganz kraftlos und nichtig seyn soll.*„ Denique ipse rationalis privilegiorum laudatorum finis idem suadet, quo generatim temeritas et pruritus provocationum restringi voluit. Partes autem non minus nullitatis querela, quam appellationum remediis in causis levissimis abuti posse, quis negabit?

II. Quoad remedia circa *protractam aut denegatam iustitiam*, viam citationis, ut nempe ipsa causa in Summo Imperii iudicio decidatur, non nisi in causis *devolubilibus* locum habere, in reliquis vero causis tantum *mandata de administranda iustitia* decerni posse, notum est <sup>hh)</sup>.

### §. III.

DE IUDICIIS NORIMBERGENSIBVS A QVIBVS AD SVMMA IMPERII TRIBVNALIA APPELLARI POTEST.

De *Iudiciis Norimbergensibus*, a quibus ad suprema Imperii Tribunalia appellari potest, sequentia sunt notanda:

I. *Perillustris Senatus et supremum Appellationum Dicafterium*, in illius gremio ordinatum et ab A. 1615. ad hodiernam formam, qua sex Senatores, et duo Consiliarii illud constituunt, redactum. Fundata quidem est iurisdictio supremi huius dicafterii non solum  
per

*es auch gehalten werden, da man auf die Nullität principaliter oder pro restitutione in integrum wider ergangene Urtheile klaget.* Porro Reecess. Deput. de 1600. §. 14. quae leges in hoc articulo non mutatae videntur per R. I. N. §. 122. sed potius confirmatae.

hh) TAFINGER §. 582. seqq. HANZELY §. 1267. sqq.





per generalem superioritatis territorialis complexum, quo maxime potestas iudiciaria comprehenditur <sup>a)</sup>, sed etiam per privilegia supra laudata, saltem intuitu causarum ad iudicia Imperii non appellabilem verbis: „*sondern allein an die beneldeten Burgermeister und Rath daselbst zu Nürnberg, oder die Personen, so dieselben in zinnlicher Anzahl zu solchen Appellationen an Unser und unser Nachkommen am Reich, Röm. Kaysern und Königen statt und von unsertwegen annehmen und verordnen.*“, immo secundum generales Imperii leges in quibuscunque causis, etiam ad iudicia Imperii alias appellabilibus, cum statibus Imperii iniunctum est: „*ihre Unter-Ober- und Hof-Gerichte in den Orten es noch nicht geschehen, und noch Mangel bevor, zum allerehesten unverhinderlich, ihren und des Reichs Unterthanen selbst, zum besten anzuordnen, und darinnen einigen weitern Aufschub noch Einstellung nicht zu suchen* <sup>b)</sup>“, Verum enim vero appellatio ab ultimis huius dicasterii sententiis ad suprema Imperii Tribunalia eo magis in causis secundum privilegia appellabilibus salva manet, quo clariores sunt leges Imperii, regulariter iudicia statuum, a quibus, supremis Imperii Tribunalibus immediate subordinata, requirentes <sup>c)</sup>.

Illud tamen inter singularia Reipublicae Norimbergensis maxime notanda referendum est, esse quoque alia iudicia Norimbergensia, Perillustri quidem Senatui, eiusque Appellationum Dicasterio subordinata, a quibus nihilominus appellationes ad suprema Imperii Tribunalia *per saltum* deferri solent. Nempe

## II. ad

- a) vid. TAFINGER *de potestate iudiciaria statuum Imperii Rom. germ.* Tub. 1772.
- b) Rec. Deput. de 1600. §. 15.
- c) C. O. C. P. II. T. 32. pr. *Es soll keine Appellation an das Kammer-Gericht angenommen werden, die nicht gradatim geschehen, und die einen nähern Richter hätte. Caeterum Status Imperii iudiciorum superiorum adoratione subvertere haud posse Iurisdictionem Imperialem docet L. B. DE CRAMER von unerlaubter Vermehrung der Instanzen zum Nachtheil der Kayserlichen und Reichsgerichtlichen Jurisdiction. Wezlar. Nebenß. P. II. n. 5. und P. III. n. 7.*



II. ad eam classem referendum est *Iudicium Civitatis ordinarium* (*das Stadt-Gericht*) a quo non solum ad *inchtum Senatum*, seu iudicem appellationum domesticum, sed et *elective per saltum* in causis secundum privilegia appellabilibus ad *suprema Imperii Tribunalia* appellari posse, leges, iurisconsulti norimbergenses, et praxis quotidiana testantur<sup>d)</sup>. Rationes huius observantiae legibus imperii certo respectu adversae sequentes reddi possunt: 1) Antiquis temporibus iurisdicchio civilis ordinaria a *Sculteto Imperii* (*dem Reichs-Schultheisen*) et Scabinorum collegio administrata est, qui simul erant senatus membra. Haec igitur instantia, nomine Imperatoris celebrata, et a Senatoribus ipsis formata, non poterat non pro suprema Norimbergae haberi. 2) Postea quidem illud munus imperiale *des Reichs-Schultheisen-Amtes* A. 1427. a Perillustri Senatu plane acquisitum est<sup>e)</sup>, et tandem A. 1497. separatae sunt causae iudiciales a Senatu, instituto peculiari iudicio sub nomine: *des Stadt-Gerichts*, quod, quamvis adhucdum supremae inspectioni Perillustris Senatus, et speciatim duorum Senatorum Consulium, per singulos menses alternantium, subsit, tamen a peculiari *Praeside*, (*dem Stadt-Richter*) cui *partes iudiciales* sculteti imperialis demandatae sunt, 4. Consiliariis et 12. Assessoribus non senatoribus celebratur. Ab hoc tempore inclytus Senatus impedire quidem potuisset eiusmodi appellationes per saltum, sed nihilominus etiam post hanc mutationem fiebant, novumque civitatis iudicium pro, supremis Imperii Tribunalibus immediate subiecto, eo magis adhucdum habuerunt Norimbergenses, cum postea quoque quaevis documenta et acta huius Iudicii solennia sub nomine et antiquo

figillo

- d) *Ref. Nor. T. X. Gef. 2. 3. et 4.* LINK de Iudiciis Reipubl. Norimbergenf. c. 2. §. 25; v. WOELCKERN *Anmerk. über die Reform.* P. I. p. 919.
- e) cuius acquisitionis historiam nuper eleganter exposuit vir Illustris Dominus C. W. F. STROMER VON REICHENBACH *meritissimus Reipubl. Senator in Tr. Geschichte und Gerechtfame des Reichs-Schultheisen-Amtes zu Nürnberg.* Nürnberg. 1787. 8. §. 5. et 6.

D





sigillo Sculteti imperialis expedita, novimus f) et adhucdum expediuntur, et insuper appellationum instantia domestica nondum erat ad hodiernam formam redacta, 3) ipsa privilegia supra laudata prohibent appellationes infra summam 900 florenorum: „von den Urtheilen, so an dem Stadt- oder andern Gerichten zu Nürnberg ergeben — oder auch so der Rath, oder Urtheilsprechere, von Amteswegen oder aus Begehren der Partbeyen und rechtlichen Erkenntnis ihren Bürgern und Unterthanen werden gebieten., Ergo in causis istam summam superantibus admittunt Appellationes ad Imperii iudicia non solum a *Senatu*, sed et a *Iudicio civitatis*, et *religuis iudiciis ordinariis*, sub quibus illa potissimum intelliguntur, quae sub auctoritate Sculteti imperialis olim celebrata sunt. 4) Possentamen etiam in causis appellabilibus a iudicio civitatis *elective* appellari ad *Senatum eiusque appellationum dicasterium*, vix ulteriori probatione eget, cum ipsae Imperii leges appellationes gradatim interponendas secundum regulam iniungunt, cumque etiam a sententiis altioris illius dicasterii domestici salva semper manet appellandi ad imperii iudicia libertas, ideoque per dicasteria domestica nullum iurisdictioni imperiali praeiudicium infertur.

III. Porro ex iisdem rationibus ab antiquitate desumptis etiam a *iudicio provinciali Norimbergensi* (dem Land- und Bauern-Gericht) ventilandis causis subditorum provincialium, eo remissis, destinato, appellationes per saltum et *elective*, sive ad *suprema imperii dicasteria*, sive ad *iudicium appellationum domesticum* fieri posse, statuunt Icti norimbergenses g), cuius ratio inde potissimum derivanda est, quod olim iam iudicium hoc perantiquum sub auctoritate Sculteti Imperialis celebratum sit, et adhucdum sub praesidio iudicis civitatis (*des Stadt-Richters*) celebretur, omniaque acta so-

lennia

f) de STROMER l. c. p. 53. et 63. Idem in der Abhandl. von den Siegeln der Reichsstadt Nürnberg im litterarischen Museo I. B. Altdorf 1778. p. 519.

g) LINK l. c. c. 4. §. 25.



Tennia huius iudicii sub nomine et sigillo Sculteti Imperialis expediuntur<sup>h)</sup>.

Porro IV. a Iudicio quoque *Tutelari* (*dem Vormund Amt*) et V. a *Curia Provinciali* (*dem Land-Pfleg Amt*) appellationes per saltum ad *suprema Imperii Tribunalia* interponi novimus<sup>i)</sup>, quod eo magis inter singularia referendum esse videtur, quoniam rationes supra allegatae, a pristina Sculteti imperialis iurisdictione desumptae, ad haec dicasteria non ex omni parte quadrant. Destinata enim sunt haec dicasteria ab initio seculi XVI. primario ad varias tantum regiminis partes et causas extraiudiciales administrandas et iurisdictionem proprie talem ac ius Instantiae postea demum sensim acquisiverunt, neque Sculteti imperialis iura ullo modo ad haec collegia spectarunt. Quicquid autem sit, recentiori tamen tempore post acquisitam iurisdictionem acta quoque horum dicasteriorum solemnia Appellationum sub nomine et antiquo sigillo iudiciali sculteti expediebantur, et adhuc ita expediuntur<sup>k)</sup>.

Sed generatim in fine notare licebit, allegari plerumque a partibus causas quasdam, quibus praeteritionem Iudicii appellationum domestici excusant, deinde Perillustrem Senatuum tales appellationes per saltum neque probare, neque facile, si reliqua causae qualitas non obstat, directis verbis reiicere, sed cum reservatione iurium quorumvis et privilegiorum, propter piam reverentiam ipsis supremis Imperii Dicasteriis relinquere, quatenus tales appellationes per saltum admittere et processus decernere velint.

A reliquis iudiciis et officiis Norimbergensibus, iurisdictionem tantum particularem, privilegiam, ad certas, summarias, aliasque causas inappellabiles restrictam exercentibus, minime ad Suprema

D 2

Impe-

h) v. STROMER l. c. p. 53.

i) AD. BIRKNER *de Iudicio Tutelari Perillustri Reipubl. Norimb. Altorfii 1745.*

G. P. VOGEL *Sciagraphia Curiae provincialis Norimb. Altorfii 1753.* qui tamen levius et non nisi terminis generalissimis de iurisdictione huius Dicasterii agit.

k) DE STROMER l. c. p. 55.





Imperii Tribunalia, sed unice ad *Judicium Appellationum domesticum* appellare, et a Praefecturis provincialibus ad Curiam provincialem provocare licet.

§. IV.

DE SOLENNIBVS APPELLATIONVM.

*Solemnia* in huiusmodi appellationibus a Iudiciis Norimbergensibus ad Suprema Imperii Tribunalia interpositis observanda cum illis quidem, quae ius commune et leges Imperii praescribunt, in essentialibus conveniunt, ideoque ad scopum nostrum non pertinent: sed tamen particularia quaedam circa eorum applicationem et praxin norimbergensem indicanda sunt.

I. quovis casu intra *decendum* consuetum appellatio interponenda est, aut viva voce, aut, quod plerumque fit, scheda scripta, ad Notarium directa, qua appellationis *interpositio* ad vnum alterumve supremorum Imperii Tribunalium denominatum, aut generaliter ad suprema Imperii Iudicia, salva posthac electione, facta, actorum requisitus, apostolorum petitio, oblatio ad quaevis solemnia coniunguntur, atque intra idem fatale fieri necessario debet *denunciatio* et *notificatio* appellationum apud iudicem a quo. Talis scheda, qua pars appellans Notarium alloquitur, sequentis solet esse tenoris: „*Es ist in Sachen meiner N. gegen N. bey dem ebrlöhlichen Stadt-Gericht alhier unter dem 10 April 1778. vermöge der Anlage ein Urtheil folgenden Inhalts eröffnet worden (inserantur verba sententiae principalia), wodurch ich mich folgendergestalt beschwehrt zu seyn erachte (inseruntur ipsa gravamina), daher ich mich genöthiget sehe, jenes Urtheil von der Kraft Rechts abzuhalten, und dagegen zu dem heilsamen Rechts-Mittel der Appellation meine Zusucht zu nehmen, und (weil zu vermuthen ist, das, wenn auch gegenwärtig diese Sache an ein hiesiges ebrlöhliches Appellations-Gericht durch ein Rechts-Mittel devolvirt, und daselbst angenommen worden wäre, am Ende doch noch ein Recurs an die höchsten Reichs-Gerichte erfolgt seyn möchte, zu Abschneidung grösserer Zeitversäumniss und Kosten) solche*  
Appel-



*Appellation nach der gefez- und observanzmäßigen Befugniss sogleich per saltum an Ihro R. K. Majestät und Allerhöchstdero Reichs-Gerichte unter Vorbehaltung der Wahl hiermit binnen der noch laufenden Notbfrist von 10 Tagen, jedoch mit aller schuldigen Ebrfurcht gegen das ehrwürdliche Judicium a quo zu interponiren. Zu welchem Ende ich meinen vielgeehrten Herrn Notarium, vermittelst Darreichung der gewöhnlichen Arrhä, und dessen Erinnerung an sein tragendes Amt, hiemit geziemend ersuche, die hiemit vor demselben und dessen darzu erbetenen Gezeugen also gefezmäßig eingelegte Appellation (bey des Herrn Stadt-Richters Wohlgebohrn in Beyseyn der Zeugen gebührend zu insinuiren, in meinem Nahmen zu Leistung der Solemnen sich zu erbietthen, um die Ertheilung gewöhnlicher Reverential-Apostel zu bitten, und die Actken der vorigen Instanz mit beygelegten rationibus gegen berkömmliche Auslösung instanter, instantius et instantissime zu requiriren, und hierauf Resolution zu gewärtigen), so fort aber auch von dem ganzen Vorgang bey einem hochlöblichen Rath mittelst Abgebung eines Exemplars an des regierenden jüngern Herrn Bürgermeisters Wohlgebohrn binnen der laufenden Frist von 10 Tagen in Beyseyn der Zeugen die erforderliche Notification zu machen, daselbst apostolos reverentiales und die in voriger Instanz verhandelte Actken gleichergestalt zu erbitten, und zu Leistung aller Solemnen sich zu erbieten, so fort was ein Hochlöbl. Rath darauf resolviren möchte, fleißig zu notiren, und zu protocolliren, und endlich über alles vorgegangene ein oder mehrere öffentliche Instrumente gegen die Gebühr zu verfertigen und zu ertheilen etc.*

*Appellatio intra decendum consuetum necessario Perillustri Senatui eiusque nomine officio consulari (dem jüngern Herrn Bürger-Meister), aut si impedimentum illi obstat, dem ätern Herrn Bürger-Meister insinuari debet, qui de ea ad integrum Collegium refert. Num vero intra idem fatale denunciatio et notificatio quoque fieri debeat apud Praesidem illius dicafterii particularis, a quo per saltum appellatur, e. g. bey dem Herrn Ober-Land-Pfleger, Stadt-Richter etc. dubium videtur, cum alii id observaverint, alii non. Denunciationem hanc posteriorem neutiquam ad essentialia pertinere, neque appellationem propter illius neglectio-*





pro deserta haberi posse, eo firmius statuendum esse videtur, cum appellationum solennia vnice coram Perillustri Senatu praestentur, eiusque auctoritate acta in illius Cancellaria modo consueto expediuntur, et de denunciatione appellationis, semel apud inclitum Senatum facta, facile certiora reddi possint ista dicasteria particularia, per Deputatos Perillustres Senatus, qui supremam inspectionem in vnum quodque illorum iudiciorum exercent <sup>a)</sup>, simulque ad honorem Perillustres Senatus pertineat, nullibi, nisi coram illo fieri tales denunciations, vtpote a quo omnia reliqua dicasteria pendunt, et quem tanquam iudicium supremum civitatis venerari debent. Interim tamen, ex quo recentiori tempore in causis quibusdam Notariis, denunciationem quoque apud Praesidem cuiusvis dicasterii faciendam esse, iniunctum per Senatus decreta novimus <sup>b)</sup>, tutius omnino aget appellans eiusque Notarius, si istam notificationem non solum in officio *consulari*, sed et apud *Praesidem* cuiusvis *Dicasterii* particularis fieri, curaverint, secundum formulam a nobis supra editam. Ceterum responsiones tam *Praesidis* cuiusvis dicasterii, quam officii *consularis* pleumque sequentibus dantur verbis: „wie Sie diese insinuirte Appellation K. Majestät zu Ehren salvo tamen iure salvisque privilegiis Magistratus annehmen  
völl-

- a) Insinuationem non nisi in officio consulari faciendam esse, statuit v. WOELCKERN *Anmerk. über die Nürnberg. Ref. P. I. p. 919.*
- b) Hoc e. g. iniunctum est parti appellanti eiusque Notario in causa iuris compascui civitatis Altorfinae et pagi Raschenensis in curia provinciali (*vor dem Land-Pfleg-Amt*) ventilata, per Decretum d. 24. Febr. 1772. Nec non in alia causa in iudicio tutelari (*dem Vormund-Amt*) pendente, per Decretum Senatus de 13. Jul. 1780. verbis: „wie man zwar die an die allerhöchsten Reichs-Gerichte salva electione von N. N. per saltum ergriffene Appellation von dem ihnen bey dem laebl. Vormund Amt d. 16 Jul. publicirten Verlaß aus der Scheda ersihen habe, man wolle aber ihn Notarium, nebst seinen Principalen, der verlangten Apostolorum halber, hiemit an ersagte Instanz selbst verweisen, und inzwischen allenfalls in puncto privilegiorum, cautionis et iuramenti quaevis competentia sich vorbehalten haben.“



wollten, und die Appellations-Schede bey Rath (a Praefide Iudicii civitatis respondetur) bey der Stadt Gerichts-Session) vortragen, auch besorgt seyn wollten, das darauf in balden oberherrliche Resolution geschöpft und eröffnet werden sollte.,

Postea in Perillustri Senatu de admisione huiusmodi appellationum et apostolis edendis deliberationes necessariae instituuntur, illaeque speciatim Deputatis Perillustri Senatus, adscito consiliario, committuntur. Deinde publicatur Notario nomine Senatus ab officio consulari resolutio (ein Raths-Verlass), quam pro apostolis proprie talibus demum habere possumus. Nempe dantur hoc modo 1) aut apostoli *reverentiales*, quod maxime fit in appellationibus a supremo appellationum dicasterio Norimbergensi ad iudicia Imperii interpositis, si causa appellabilis adest, et fatalia solenniaque rite observata sunt, verbis: „das ein hochlöbl. Rath aus allerunterthänigstem Respect gegen Kayserl. Majestät und Dero Gerichte der interponirten Appellation deferiren wollten, und dabey apostoli *reverentiales* zu ertheilen., Aut interdum 2) dantur apostoli *refutatorii* c) eo praesertim casu, cum causa iure communi aut ex privilegiis nullo modo appellabilis est, aut fatalia solenniaque deserta sunt, aut

c) Apostolos refutatorios dari debere expressis quoque verbis, iniungitur *Decreto Senatus* d d. 7. Decbr. 1757. *Samml.* p. 345.

Hinc quoque a Perillustri Senatu Iudicii iniunctum est, ut causas inappellabiles in quavis sententia statim novent, ne appellationes contra privilegia concedantur. *Decret.* d. 28. Sept. 1757. *Samml.* p. 338. Inde in huiusmodi casibus privilegia salvari debere pro re nata per litteras informatoriales praeoccupatorias, illisque processibus impediri, innunt *Decreto Senatus* de 12. Iun. 1752 verbis: pro re nata rälhig zu werden, wie sich jedesmahls den frivolis appellationibus zu widersetzen, und die Remission per modum interventionis zu erlangen, et de 6. Febr. 1692. ibi: „Man soll bey einem ehrloebli. Stadt-Gericht die Verfügung thun, das, wenn sie erfahren, das die Partheyen von dar per saltum ad Aulam Caesarem oder Cameram Imperii appelliren, einem hochloebli. Rath davon Nachricht gegeben wurde, damit durch Dero Agenten oder Abgeordnete die Nothdurft zeitlich beobachtet werden koenne. v. *Samml. d. Add. Dekr.* p. 340. n. 342.





aut denique propter apertam appellationis frivolitatem, ex gravaminum defectu apparentem, verbis: „dass ein hochlöbl. Rath die interponirte Appellation, weil selbige gegen die kundbaren Kayserlichen Privilegien anstößt (oder wegen offener Versäumung der Fatalien) nicht annehmen oder zulassen könne, sondern die Appellations-Schrede (interdum: mit durchstrichener Signatur) zurück zu geben.“ Quamvis enim regulariter ipsis Imperii iudiciis facultas competat, de quaestione, num et quatenus appellatio locum habeat, sententiam finalem ferendi<sup>d)</sup>, interim tamen, et usque talis sententia feratur, apostolos refutatorios dari, immo ipsa executione procedi posse, clara privilegiorum Norimbergensium verba innuunt: „dass dieselben (gegen die Privilegien anstossende) Appellationen, Reductionen, Supplicationen oder Anbringung der Nullität, und was darauf gehandelt, und vorgenommen würde, ganz kraftlos und nichtig seyn soll — und die Stadt unangesehen des alles sich obberührter Freyheit, Extension und Begnadigung gebrauche und Macht und Gewalt habe, solche Urthel zu vollziehen.“ 3) pluribus casibus, praesertim ubi appellationes per saltum interponuntur, et aliud impedimentum non obstat, Perillustri Senatus mediam viam tenet, et apostolos mere *divisoriales* concedit verbis: dass man aus allerunterthänigstem Respekt gegen Ihro Kayserliche Majestät und Dero allerhöchsten Gerichte die geschehene Interposition der Appellation, jedoch mit allerdevotester Vorbehaltung der allhiefigen wohlberbrachten Rechte und Freyheiten, annehmen, und hierüber die allerhöchsten Reichsrichterlichen Verordnungen erwarten wolle.,

II. Observato hoc modo fatali interponendae et notificandae appellationis, porro acta prioris instantiae denuo et iteratis vicibus *intra 30 dies* a tempore interpositae appellationis computandos, *requiri debent*, quod ab eodem Notario fit per *memoriale* ad Perillustrem Senatam inscriptum, et in officio *consulari* (bey dem jüngern Herrn Burgermeister) exhibendum, a quo in appellationibus per saltum interpositis Notarius nonnunquam ad *dicastrum* particulare,

d) TAFINGER l. c. §. 657.



ficulare, a quo v. g. Iudicem Civitatis (*den Stadt-Richter*) aliumve remittitur. Petit Notarius in memoriali, sive ad officium consulare sive ad dicasterium particulare a quo dirigatur: „*ein gewöhnliches documentum insinuatae appellationis et factae requisitionis actorum, cum oblatione ad solennia, und darin enthaltener förmlicher Reverential-Abschieds-Briefe gegen die schuldige Gebührs-Beobachtung, wobey er um die Actken und deren Entscheidungs-Gründe nochmalts requiriren und zu Prästation der Solennien sich wiederholt erbiethen wolle etc.*„ Ad haec tandem datur a Perillustri Senatu tale documentum, si apostoli reverentiales aut saltem dimissoriales antea resoluti sunt. Novimus quidem, in appellationibus per saltum tale documentum nonnunquam sub nomine *des Stadt Richters*, aliusve Praefidis Dicasterii a quo expediri. Quoniam vero hoc documentum revera apostolos testimoniales de integro actu edendos repraesentat, dicasteria vero subordinata, uti e. g. *das Stadt-Gericht*, de denunciatione et oblatione Senatui facta, quae quovis casu sub paena desertionis et essentialiter necessaria est, eiusque resolutione testari non possunt, nos omnino persuasum habemus, tale documentum regulariter in omnibus appellationibus a Perillustri Senatu peti et in illius Cancellaria expediri posse, verbis „*Wir Bürgermeister und Rath der Reichsstadt Nürnberg urkunden und bekennen hiemit wie vor unserm Appellations Gericht (oder Stadt-Gericht) in Sachen N. gegen N. den 10. Jan. dieses Jahrs um 10. Uhr Vormittags ein Urtheil folgenden Inhalts ergangen (inseruntur verba) durch welches Urtheil aber Kläger gravirt zu seyn vermeinet, und vermittelst einer gewöhnlichen Schede vor einem Notarius und zween Zeugen an Ihro Römische Kayserl. Majestät und allerhöchst Dero Reichs-Gerichte salva electione appellirt habe. Da nun hierauf gedachter Notarius nebst den zween Zeugen die vor Ihme interponirte Appellation binnen der 10tägigen Nothfrist am 12. Jan. dieses Jahrs bey uns gebührend insinürt, im Namen seines Principals zu allen Solennien sich erbotten, um apostolos reverentiales ange sucht, auch die Actken voriger Instanz samt den Entscheidungs-Gründen gegen die gewöhnliche Auslösung instanter, instantius et instantissime requirirt, nicht vweniger solche Requisition am 15. Jan. mithin binnen der weitern Noth-Frist von 30. Tagen wiederholt, und um Ertheilung eines*

E

eines





eines documenti rite factae infirmationis et requisitionis, nec non factae oblationis ad solennia, auch darin enthaltener Reverential-Apostel abermals mündlich und schriftlich eingekommen; als haben Wir denselben mit dem nachgesuchten Document willfabren, und Unfern Bescheid dahin ertheilen lassen, das man aus allerunterthänigstem Respect gegen Ihre Kayserliche Majestät und allerhöchst Dero Reichs-Gerichte die eingelegte Appellation, jedoch mit allerdevotester Vorbehaltung der allhiefigen vvorberbrachten Rechte und Freyheiten annehmen (apostolos reverentiales ertheilen) und die allerhöchste Reichs-Gerichtliche Verordnung abwarten vvolle.,,

„Urkundlich dessen wir gegenwärtiges Dokument ausfertigen, und gemeines Stadt-Sekret-Insiegel vordrücken lassen etc.,,

Si propter causam inappellabilem apostoli refutatorii decreti sunt, tale documentum vix impetrari potest, sed Appellans apostolis testimonialibus a Notario in instrumento datis contentus esse debet.

III. Praestanda sunt secundum privilegia solennia iuramenti et cautionis. Vtraque haec solennia olim secundum privilegia et statuta Norimbergensia praestari debuerunt intra ipsum fatale decendii post publicatam sententiam <sup>e)</sup>, sed sequenti tempore praxis, ipsis Senatus decretis <sup>f)</sup> suffulta, recessit, ita ut sufficiat, Appellantem sese intra illud fatale ad solennia obtulisse, deinde post decretos demum a Supremo Imperii Tribunali appellationis processus, ad petitionem Appellantis praefigatur ipsi terminus, quo solennia praestare debet; „das der appellantische Theil sübrohin sogleich nach allhier ordentlich infirmürten Appellations-Prozessen um Bestimmung eines Tags zu wirklicher Abstattung der Solennien intra fatalia bey dem Löbl. Bürgermeister-Ant sich anmelden, und ihme solcher sofort unter einem gewissen engen, doch binlänglichen Termin sub praecudicio causae angezett, auch dem appellatischen Theil davon Nachricht gegeben werden solle. Zu wvetchem Ende die Herren Bürgermeister sowvohl, als die Kanzley

e) Reform. Nor. T. X. Gef. 2.

f) d.d. 12. May 1581, et 8. Nov. 1762. in der Sammlung p. 345. et 347.



ley bey Vorlegung der insinuirten Appellations-Prozesse, und des von dem Appellantischen Theil pro solemnium gescheneben Anmeldens sogleich, (mit- bin ebe die Acten zu formiren angefangen vverden) besondere resp. münd- und schriftliche Anfrage zu thun, hiemit angewiesen vverden, an wel- chem Tage — die praestatio solemnium gescheneben kömme und solle.

A.) Iuramentum appellationis secundum formulam: „dafs sie solch appelliren ihrer Wider-Parthey zu keiner Gefährde noch Verzug des Rechdens, sondern um redlicher Beschvvehrung und Ursachen wvillen fürnehmen, und dafs sie solcher Appellation und den Rechten nachgehen und ausvvarthen vollen a), „ praestari debet, et quidem tam a civi- bus et incolis quam ab extraneis in persona<sup>b)</sup> secundum privi- legia memorata coram pleno senatu, vel si huic propter iustas causas placet, illius deputatis. Quaeritur, num appellantis quo- que advocatus illud iuramentum de non frivole appellando cum ipsa parte simul praestare debeat? haec quaestio regulariter affir- manda videtur, quoniam leges imperii recentiores vtrumque iura- mentum sub poena desertionis requirunt<sup>i)</sup>. Nos tamen Norimber- gae hoc posterius *advocati* iuramentum plerumque omitti et vix vsu servari novimus, quoniam privilegia Norimbergensia de illo tacent, neque de sententia desertoria, propter hanc omissionem unquam lata, nobis constat. Securius tamen esse, si advocatus quoque hoc iuramentum praestet, haud negare volumus<sup>k)</sup>.

B.) *Cautio* praefixo termino ad protocollum officii consula- ris (vor dem Burgermeister-Amt) praestatur, et quidem de iudicato

E 2

fol-


g) Formula iuramenti extat in der Samml. Nürnberg. Ad. Dekr. p 335.

h) Locum tamen habebit Dispositio R. I. N. §. 117. In Fällen, da die Privilegia das iuramentum calumniae erfordern, soll selbiges allezeit vor dem Unter-Gericht von Appellanten in Person, oder vvenn Grafen und Frey-Herren interes- sirt, durch Procuratoren, denen der Eid vorher vwohl zu schärfen, sub praeiudicio causae vwirklich abgelegt vverden.

i) R. I. N. §. 118.

k) quod nonnunquam in Camera praestitum esse novimus,





solvendo: „den Urtheilen so wider sie ergeben würden, Folge und Genüge zu thun 1)„ Quantum cautionis diversis casibus adaequatum esse debet. Si is, qui quid ab altero petit, appellat, cautionis obiectum praecipuum erunt expensae et reliqua damna ab eo metuenda. Si vero is, qui ad aliquid solvendum et praestandum condemnatus est, appellat, hoc simul maxime erit cautionis obiectum, ne scilicet is, in cuius favorem sententia condemnatoria lata est, iure suo frustretur per protractionem litis. Ergo cautio praestari potest pro circumstantiis per fideiussores idoneos, per hypothecam rerum immobilium, per depositionem pecuniae aliarumve mobiliium publicam, per arrestum nominibus appellantis impositum, nonnunquam per interdictum de non alienando, aut sequestrationem, quibus pro re nata res in lite versantes securae redduntur, in subsidium autem propter defectum bonorum per iusiurandum, si personae qualitas illud permittit <sup>m</sup>).

Praestitis hoc modo solennibus, quae a partibus regulariter sibi invicem remitti non possunt <sup>n</sup>), appellans ab officio consulari, nomine Perillultris Senatus impetrat *documentum praestitorum solennium*, publico sigillo munitum, postea in summo iudicio, ad quod, regulariter in termino reproductionis, aut si hoc fieri non potuit, postea exhibendum, quod plerumque sequentis tenoris esse solet: „Wir Burgermeister und Rath der heiligen Römischen Reichs-Stadt Nürnberg urkunden und bekennen hiemit, was massen uns Cajus geziemend zu vernehmen gegeben, wie er eines obrigkeitlichen Attestati benöhigt seye, um damit zu bescheinen, das er in seiner bey Höchstpreislischen Kayserlichen und Reichs-Kammergericht anhängigen Appellations-Sache gegen Mevium sich zu dem gewöhnlichen Appellations-Eyd und heböriger Caution in Rechtsgebürlicher Zeit angemeldet, und beydes erforderlichermassen geleistet habe, mit geziemender Bitte, ihm dergleichen in beglaubter Form zu ertheilen. Da nun alles dieses sich wirklich also verhält, massen Cajus sich so wohl bey erhabner Appellation und ferner hin-

nen

1) Reform. Nor. T. X. Gef. 2.

m) v. privilegia allegata et Reform. Nor. l. c.

n) secundum Decretum Senatus d. 1. Febr. 1720. Samml. p. 337.



nen den gesetzlichen 30. Tagen zur Leistung der Solennien wiederholter offerirt, als auch den 15. Jan. um Anberaumung eines Termins zu Leistung derselben post insinuatōs processus bey Uns angefucht, und dann nach Maßgaab unserer auf allerhöchste Kayserliche hiesiger Stadt ertheilte Privilegien und Freyheiten sich gründenden Verordnungen nicht nur allein in unserm Bürgermeister-Amt den 20. d. m. den Sempronium als Appellations-Caventen vorgeschlagen, welcher auch mit des Appellatens Zufriedenheit d. 22. d. m. solche Caution wirklich ad protocollum prästirt, sondern auch heute in unserer Rathsstube den Appellations-Eid persönlich abgeschworen, und folglich somit die Formalien vollkommen beobachtet hat; als haben Wir der Wahrheit zu Steuer dem Cajo solches hiemit attestiren wollen, und zu urkund dessen gegenwärtiges Attestatum unter unserer Stadt Nürnberg Secret-Insiegel ertheilen lassen etc.,

IV. Post decretas et per nuncios, Notarios, aliove modo insinuatōs appellationis processus, qualis insinuatio non solum Perillustri Senatui, eiusque nomine Officio Consulari (dem Bürgermeister-Amt) sed et simul cum libello gravaminum et reliquis adiunctis Parti Appellatae, (nonnunquam simul appellantis avvocato propter iuramentum calumniae praestandum) fieri solet, acta prioris instantiae edenda sunt, de qua editione observationes sequentes addere licebit: 1.) si apostoli refutatorii dati sunt, actorum editio nonnunquam differri, et Perillustris Senatus iura sua, ab appellante laesa, si necesse est, antea per litteras informatoriales apud Supremum Iudicem Imperii salvare potest. 2.) Vbi vero locum habet actorum editio, quod regulariter fieri debet, tum quoque cum actorum descriptione iam ante decretos aut insinuatōs processus initium fieri potest et debet, quoties appellans de expensis Cancellariae per earum depositionem cavere paratus est, ne post factam processuum insinuationem eorum editio procrastinetur<sup>o</sup>). 3.) Acta edenda a iudicio a quo integra et non manca Cancellariae Perillustri Senatus extradenda sunt. 4.) Tum in Cancellaria acta modo solenni consueto et cum introitu, Wir Bürgermeister und Rath formantur. Nempe 5.) describuntur in charta alba bonae qualitatis, litteris, quam quidem fieri potest, elegantissimis in forma maiore,

<sup>o</sup>) Decret. Senatus d. 31. Oct. 1698. Samml. p. 348.





iore, quae dicitur in folio. 6.) Additur ad illa index, infertisque numeris et paginis, compinguntur, deinde 7.) in appellationibus a Perillustri Senatu et Appellationum dicasterio immediate ad Iudicia Imperii interpositis *Sigillum Civitatis* ordinarium *cerae rubrae* impressum, in appellationibus autem reliquis per saltum *sigillum antiquum Sculteti iudiciale* (*das Gerichtsfiegel*) in *cera flava* appenditur. 8.) Conscriptis hoc modo actis, partes ad eorum inrotulationem citantur, ubi, praesente Deputato et Actuario, acta illis ad perlustrandum exhibentur p), et simul ostenduntur rationes decidendi, breviter et nervose conceptae, sive a consiliariis civitatis sive iureconsultis exteris, sed peculiari involucro clausae, quae simul ad acta ponuntur. 9.) Porro acta hoc modo perlustrata, si nihil monendum fuit, facta de inrotulationis actu registratura cum rationibus decidendi, involucro maiori colligantur, et diversis locis *sigillo Cancellariae* muniuntur. Denique 10.) appellanti ad insinuandum et producendum coram Iudice Supremo Imperii extraduntur.

Quid vero a partibus eorumque advocatis et procuratoribus apud ipsa Imperii Tribunalia observandum sit, circa introducendas et reproducendas appellaciones, exhibitionem actuum, prorogaciones terminorum, libellos praecursorios seu supplicas pro documentis denegatorum processuum, litteras informatiales iudicis a quo, interdum occurrentes, et reliquos actus iudiciales, hic studio praeterire volumus, quoniam haec omnia ad generalem rei iudiciariae imperialis doctrinam spectant, neque singularia intuitu Norimbergensium occurrunt q).

p) R. I. N. §. 62.

q) Huc pertinent generatim leges Imperii et Interpretes doctrinam de appellacionibus illustrantes, et inter alia hodie a quovis cauto avvocato praecipue quoque inspicienda sunt, Conclusa pleni et decreta communia *iudicii Cameralis* recentiora d. 14. Febr. 18. Merz, 13. May 1785. apud REVSS *Beyträge* l. c. 2 B. pag. 257. seqq. Deinde Conclusum Imperii novissimum d. 29. Jul. 1788. ab Imperatore d. 23. Aug. ratificatum. In quibus omnibus varia occurrunt circa materiam appellacionum, notatu dignissima, ab advocatis diligenter observanda.





10









Km 2086

X2369303











17 33  
GEORGII CAROLI FORSTERI  
REIPUBLICAE NORIMBERGENSIS ADVOCATI  
EXTRAORDINARII

COMMENTATIO  
DE  
APPELLATIONIBVS  
AD  
SVPREMA IMPERII IVDICIA  
SECVNDVM  
PRIVILEGIA ET STATVTA  
CIVITATIS NORIMBERGENSIS.

P 482

Hm  
2086



NORIMBERGAE ET ALTORFI  
APVD GEORG. PETR. MONATH.  
1789.

